

# Documentos

## Sermón de Clemente VI Papa acerca de la otorgación del Reino de Canarias a Luis de España. 1344

Transcripción de Marcos G. MARTÍNEZ

*Hemos procurado respetar en absoluto la grafía del manuscrito. Por esta razón aparecen algunas transcripciones incorrectas, por ejemplo la terminación del genitivo en e y la reducción a esta vocal de los diptongos ae, oe.*

*Se ha conservado la grafía cie en vez de tie.*

*Algunos nombres, como Africa e Israel, se presentan con grafía especial, que hemos conservado.*

*En todas las citas, tanto bíblicas y evangélicas, como patrísticas, que hemos podido verificar, nos hemos atenido al texto establecido. Por esta razón aparecen palabras metidas entre paréntesis, que son las que figuran en el manuscrito y no constan en el texto correspondiente. En cambio ponemos entre corchetes las palabras que, siendo textuales, no figuran en el manuscrito.*

*Existen también otras citas que no hemos podido comprobar, ya por lo oscuro de la expresión manuscrita, o por la inexactitud del copiante.*

*En algunos casos hemos puesto entre corchetes, al lado de la palabra manuscrita, la palabra que hemos creído debía sustituir a la que figura.*

*Las demás incorrecciones sintácticas y estilísticas débense indudablemente no ya sólo a la impericia del copiante, sino a la época en que se produjo el sermón.*

[fº 290v. lin. 26.—col. a] Sequitur ser/mo per dominum Cle-/mentem papam / Sextum factus. / Super crea/tione principis. /

«Te faciam / principem / super gentem / magnam». Num. / XLI  
[vº 12].—Videtur nobis / quod in scriptura aliquid de nouo sit / et  
constituitur princeps. Quandoque propter / operationem magne  
strenuitatis. / Quandoque propter dilationem adeptus po/testatis.  
Quandoque propter defensionem / possesse hereditatis. Quandoque  
propter gubernationem grate comunitatis propitius / primum  
dictum est illud Iº Paralip. XIº [vº 6]: Qui [col. b] percutserit zebu-  
seum, in primis erit / princeps et dux». Et IIº Macha. XIII [vº 24]  
dicitur: «Quod rex, auditis uirtutibus / quas fecerat Machabeus fecit  
eum / a Tholomaide usque ad Gerienos / principem». Propter se-  
cundum dicitur Judith IIº cº [vº 3-5]: «Quod rex dixit cogitationem /  
suam in eo esse ut omnem terram suo sub/iugaret imperio. Quod  
dictum cum pla/cisset omnibus». Fecit rex principem / milicie  
et misit eum aduersus reg/num occidentis, et cetera, et circa eos  
precipue / qui contempserant imperium regis. Propter / tertium  
dicitur I Macha. cº IIº [vº 66] ubi dicitur: «Qui cum / gentes ue-  
nissent in Iherusalem et occupa/ssent terram sanctam». Mathat.  
uo/catis liberis suis et aliis fidelibus / dixit: «Iuda Machabeus fortis  
uiribus a iuuentute sua sit uobis / princeps milicie et ipse ager /  
bellum populi». Propter quartum dicitur Iº Reges Xº [vº 1]: «Possuit  
te dominus super heredi/tatem suam in principem, et tu liberabis /  
populum eius de manu inimicorum / eius qui in circuitu eius sunt».  
modo / uidetur nobis quod in facto nostro quod hodie / proponimus  
facere, videlicet facere / dominum Ludouicum de Hyspania / prin-  
cipem et dominum quarundam insula/rum que dicuntur Fortunate,  
et qua/rundam aliarum circumadiacentium / et uicinarum quod uobis  
hic enuncia/bun/tur, in quibus habitant pagani / et christiane fidei  
innimici. Hec / quatuor concinazione dinoscuntur. / Primo sui

exercii operatio uirtuo/sa. Secundo nostre fidei et nostri imperii/ dilatatio copiosa uel gloriosa. / Tercio, christiani populi circunuicini [fº 291 r. col. a] defensio uigorosa. Quarto / adquirendi populi gubernatio et di/rectio fructuosa.

Dico primo / quod concurrit istius Ludouici ymmo / imperio exercicii operatio uirtuosa. Beatus / Augustinus Vº «De Ciuitate Dei», cº XX/III: (?) «Dictas differencias inter bonos principes catholicos et alias, / inter ceteros dat istam quod illi dicuntur / esse principes qui suam potestatem/ad Dei cultum maxime dilatandum [us?]/ maiestati eius famulatum faciunt». / Modo iste, licet in regnis Francie / et Yspanie multa clareatur gloria, / multa sit fretus potentia, tamen hoc / totum uult contempnere et suam poten/ciam maiestati Dei familialm facere, / et tot labores pro Dei honore et christianitatis cultum applican/do subire, considerans et uolens esse / de numero illorum militum, de quibus / dicit B [ernardus]: «De laude noue milicie / templi», cº III: «Milites Christi fecetur [securi] preliantur prelia domini sui, iniqua / metuentes aut de hostium cede / peccatum, aut de nece sua periculum, quamdo/quidem mors pro Christo uel ferenda, uel / inferenda, [et] nil criminis habeat et pluri/mum gloria mereatur». Hinc quippe Christo, / inde Christus acquiritur: qui nimirum/et libenter accipit hostis mor/tem pro ultione, et libentius praebet / se ipsum militi pro consolatione. Miles [inquam], Christi securus interimit interi/tum securior. Sibi prestat cum interit, Christo / cum interimit. Non enim sine causa gladi/um portat. Dei etenim minister est ad uindictam/malefactorum, laudem uero bonorum. Sane cum occidit malefactorem [col. b] non homicida, sed, ut ita dicam, mali/cida, et plane Christi uindex non / hiis qui male agunt, et defensor / christianorum reputatur. Cum autem / occiditur ipse, non periisse, sed peruenisse / cognoscitur. Mors ergo quam rogot / Christi est lucrum: quam excipit, suum. / In morte ergo pagani christianus gloriatur, quia Christus glorificatur: in morte christiani, Regis liberalitas aperiatur, cum miles remunerandus educitur. / Porro super illo letabitur iustus cum / uiderit uindictam. De isto dicet homo: «Si utique est fructus iusto: utique est / Deus iudicans eos in terra». Et Maximus / in sermone: «De moribus» dicit sic: «Aliud est / occidi pro mundo, aliud est occidi / pro Christo. Qui occiditur pro mundo, / uincitur cum occiditur.

Iste itaque non / uictor sed uictus. Qui autem occiditur / pro Christo uictus non dicitur, quare non uincitur / quamuis occidatur, sed reuersa uictor / occiditur uictor efficitur, corona / uestra uictoribus datur. Ut isti quasi dictum / uideatur illud IIº Mach. ultimo [vº 16] id est: «Accipe / gladium munus secundum a Deo / in quo deicias aduersarios populi mei». / Ut merito sibi dictum accipiamus illud Iº / Mach. XI: «Tu pasces populum meum / Israel, et tu eris princeps». Sic ut dico / quod hic concurrevit fidei et nostri imperii / dilatatio copiosa uel gloriosa. / Ad literam enim dictum est Ysa. IX [vº 7], quod id est: / «Multiplicabitur Christi [eius] imperium et pacis / non erit finis». Ipse enim dominari dicitur a / mari usque ad mare, a flumine / usque ad terminos orbis terrarum. Unde de / eo propheticē dictum est Num. XXIIII [vº 18]: «Quia omnis terra erit possessio eius». Unde [fº 291v] de celestia sponsa Christi dicitur: «Vineam / de Egipto transtulisti eiecisti gen/tem et plantasti eam». Et sequitur: «Extendit palmites suos usque / ad mare et usque ad flumen prope agmen eius», et cetera. Unde uidetur mihi / quod licet ante aduentum Christi synagoga / coartata fuisset in uno populus / et in una terra, scilicet, in Iudea. Unde / dictum est Moysi, Deuter XI [vº 24]: «A deserto / et [a] Libano et [a] flumine magno Eu/frate usque ad mare occidentale / erunt termini tui [vestri]». Et ideo cum contra / populum illum fuit salus, sicut apparet / in Lib. Iob: «Tum pius mortem Christi», et cetera. / Unde esset coartata, sed magis per totum orbem dilata[ta], et ideo extra ecclesiam / sicut extra aracham Noe non est salus. / Et ideo prius dicebatur istud Ps.: «Notus in Iudea Deus in Israel magnum nomen / eius». Sed hoc mutatum est et dictum / est illud, Cant. I [vº 2]: «Oleum effussum nomen / tuum; ideo adolescentule dilexer/unt te». Et propheta dicebat prophecia / in Psalmos: «Omnes gentes quascumque fe/cisti uenient et adorabant te, et / glorificabant nomen tuum», sicut pul/cre deducit B[ernardus]: «Super Cantica», sermone XIII. et propheta in «Nouo Testamento», non est Deus locutus solis / filius Srael in prophetis, sed locutus est / toti mundo in filio quem constituit / heredem universorum, per quem fecit et secula, / qui «habet in uestimento et in femore / suo scriptum: Rex regum et Dominus dominan/tium». Ap. XIX [vº 16]: «Cui subiecit omnia / sub pedibus eius, ita quod nichil enim non / subiectum», ut apparet in Ps. Et

de/ducit Apostolus, «Ad Hebreos», uero id est [col. b]: «Cui data est omnis potestas et in celo / et in terra», Mat. ultimo [vº 18]: «Ut in eius nomine omne/genu flectatur celestium, terrestrium / et infernorum». Ad Phil. IIº [vº 10]: «Qui quando misit apostolos, non misit solum ad / unam prouinciam, sed ad uniuersam terram / dicens eis», Mat. ultimo [vº 19]: «Ite, docete / omnes gentes, baptizantes eos» et / cetera. Et de quibus dicitur in Ps. et deducit, id est / Ap. «Ad Rom.» X [vº 18]: «In omnem terram / exiuit sonus eorum, et in fines orbis / terre uerba eorum». Patet ergo quod christianitas / est ubique dilatanda, nec ad certa / regna aut prouincias coartanda / sed per totum orbem diffundenda. Unde / oramus ut in diebus nostris et numero / et merito populus Deo seruiens auge/atur. Iste ergo qui uult christianitatem / in illis insulis dilatare merito prin/ceps constituitur. Ut de eo dici / possit quod scribitur Jos. Vº [vº 13]: ubi dicitur: / «Quod Josue uidit uirum contra se stantem / et euaginatum habentem gladium. / Perrexit ad eum et ait: Noster es / an aduersariorum?» [vº 14] «Qui respondit: / Nequaquam. Sed sum princeps exercitus domini / et nunc uenio».

Dico tertio quod concurrit / hic christiani populi circunuicini defen/sio uigorosa. Ex hoc enim facto, si Deus / dignetur ipsum sicut exoramus / humiliter prosperare, sequitur magna / defensio populi christiani circunuecini. / Ut de eo dictum intelligamus istud, Dan. / VII: «In tempore illo consurget princeps / magnus qui stat pro filiis populi tui. /

Dico quarto et ultimo, quod concurrit / hic adquirendi populi gubernatio et di/rectio fructuosa. Speramus enim in / domino quod si terras istas acquisierit [fº 292r] quod populos illarum dirigeret et feliciter / gubernabit. Ut dicatus de eo, istud, Ysa. / XXXII [vº 8]: «Princeps [uero] ea que sunt digna / principe cogitabit». Concludimitur / ergo quod princeps de nouo fit, et con/stituitur ationem magne. Propter opera strenuitatis. / Propter dilatationem adepte potestatis. / Propter deffensionem possesse hereditatis. / Propter gubernationem grate communitatis. / Sed hic concurrent ista IIIIor. Uidelicet / istius domini Ludouici operatio virtu/osa nostre fidei, et nostri imperii dilata/tio copiosa, uel gloriosa, christiani / populi circumuicini defensio uigo/roса, adquiriendi populi gubernatio / et directio fructuosa. Ergo id est /

merito faciendum et constituendum est prin/ceps ut sibi dicam uerba thematis prea/sumpta. Te faciam principem super / gentem multam.

In quibus uerbis tria / tanguntur quod debent attendi quasi in / omni opere quod denouo sit. Debet enim / attendi aliud ex parte materie. Aluid / ex parte efficiencie. Aliud ex parte / causae. Ex parte materie quod sit con/ueniens et disposita ad recipi/endum. Ex parte efficiencie quod sit / potens et inclita (*¿inclinata?*) ad agendum. / Ex parte cause quod sit sufficiens / et debita ad prosequendi. Aliter non / bonus fieret sed male. Modo hic / recte concurrunt ista tria. Primo / quidem ex parte materie, sed ex parte / domini Ludouici ydoneitas et / sufficiencie conuenientia specialis. / Quare te. Secundo ex parte efficiencie / excellencia singularis, quare faciam ego, sed papa, imperator et rex. Tercio [col. b] ex parte cause utilitatis et efficacie / euidencia salutaris. Quare «principem / super gentem magnam».

Dico primo / quod ex parte materie apparet hic ydo/neitatis et sufficiencie conveniencia / specialis te. Te quidem cui non deest / sed adest nobilissime prosapie cel/situdo de Francia, sed Yspania, et cetera. / Te sed cui non deest sed adest sapiencie, / prudencie et experientie certitudo. / Nonne quando probatus in bellis, et cetera. / Te etiam cui non deest sed adest labori/ose tolerancie fortitudo. Nota tamen / quomodo fuit (*¿fuerit?*) in terras sarracenorum, / et cetera. Te etiam cui non deest sed adest in / celicum deuotionis et Sraele et latitudine / celsitudo. Nonne et cetera. Te etiam cui non / deest sed adest clemencie liberali/tatis et magnificencie gratitudo. / Nonne et cetera. Te etiam cui non deest sed adest / equitatis et iusticie rectitudo. / Te etiam cui non deest sed adest sobrie/tatis et temparancie pulcritudo.

Et iste sunt VII gemitu preciosissime / quod ualde reluent in capite princi/pis, sicut posset diffuse deduci, / sed dimitto eam brevitatis. Ut me/rito de isto possit dici istud I<sup>o</sup> Ma/cha. II [v<sup>o</sup> 17]: «Princeps et clarissimus et / magnus es tu [in hac civitate], et ornatus filii / et fratribus». Et sibi dicatur istud Jud. [Judith] XV: [v<sup>o</sup> 10]: / «Tu gloria Ierusalem. Tu leticia Srael. / Tu honorificencia populi nostri». Ut dicatur / sibi Christus istud Ysa. XLV [v<sup>o</sup> 2]: «Ego ante te / ibo et gloriosos terre humiliabo: por/tas ereas con-

teram et uestes ferre/os confringam. [vº 3] Et dabo tibi thesa/ros absconditos, et archana secre/torum, ut scias quia ego Dominus», et cetera [fº 292v]. Et In Ps.: «Exaltabit te ut heredi/tate capias terram cum perierint pe/ccatores uidebis». Te sed quod hic est / ex parte eficiencie autoritatis / et emminencie excellencia singularis / quare faciam. Ego, sed illius licet inme/ritus uicarius qui princeps regum / terre. Apoc. Iº [vº 5], cui dictum est Jer. / Iº [vº 10]: «Constitui te super gentes, et [super] re/gna, ut euellas, et destruas et di/sperdas et dissipas et edifices, / et plantes». Ego inquid faciam / penes quam Christus duos gladios esse / uoluit «spiritualem scilicet et temporalem». Luc. / XXII. Spiritualem sed manu nostra, tempora/lem uero manu militis, sed ad nu/tum nostrum exercendi et extrahendi, sicut / deducit B[ernardus] IIIIº «De consideratione ad / Eugenium papam» cº VI: Unde Christus cum / apostoli dixissent quod erant duo gla/dii hic. Rendit [reddidit] sufficit, non dixit / nimis est, sed satis est, quod utrumque / gladium sed spiritualem et temporalem pe/nes ecclesiam cause uoluit. Et li/cet dixerit Petro «reunite gladium / tuum in uaginam», non tamen dixit sibi / abice gladium temporalem a te, sicut / enim dicit ibidem B[ernardus]: «Tuus est et ipse tuo / nutu, et si non tua manu eua/ginandus». Ego ergo faciam cuius pote/stas et auctoritas est super potestatem / humanam de qua dicit Hugo, «De Sacramentis», Vº libº, part. II, cº IIII: «Quia tu / uita spirituale digniorum est, quam terrena / et spiritus quam corpus enim spirituale pote/stas secundum terrena siue secularem / potestatem honore ac dignitate percebit. Nam spirituale potestas / terrenam potestatem instruere habet [col. b] ut sic et iudicare habetur si bona / non fuerit». Ipsa uero spiritualis potestas / a Deo primum instituta est et cum / deuiat, a solo Deo iudicare potest / sicut scriptum est. Spirituale diui dicatur / omnes, et ipse a nemine iudicatum. / Et subdit in ecclesia Dei sacerdotalis / dignitas regalem potestatem sacratur / santificans per benedictionem, et formans / per institutionem.

Post ergo quod in me est / licet in merito autoritatis et emmin/encie excellencia singularis. Unde / ex potestate mihi data, et ymperio / et reges et imperatores et instituere / et creare possum, sicut etiam predecesso/res nostrum pluries fecisse leguntur. / Ut merito ex hac auctoritate / istum principem constituam et faciam /

ut uerificetur istud, Iº Par. XVI [vº 7]: «Daud fecit principem ad psallen/dum [confitendum] domino Asaph». Ut merito sibi di/cam istud, Exod. XXXII: «Faciam te in gentem / magnam». Videtur etiam mihi quod istam po/testatem etiam beatam non so-lum ex aucto/ritate mea concessa a Christo, sed eciam / ex cessione facta per Constantinum / qui dimisit in nostro et eius succe/soribus totum imperium occidentis sicut / apparet in epistola Constantini, in qua / eciam fit expressa mentio de insulis. / Unde et dominus Bonifacius papa / VIII Regis de Loria quasdam / alias insulas in-feudauerit. Ut quare / autem auctoritate hoc facere possunt, / ut dicam istud, secundo Reg. VII [vº 9]: «Faciam [fecique] tibi / nomen grande iuxta nomen magnorum / qui sunt in terra».

Dico tertio quod hic est / ex parte cause utilitatis et effica/tie euidencia salutaris. Quia [fº 293r]: «Faciam te principem super gentem ma/gnam». Ad literam, super gentem / illarum insularum que dicuntur Fortu/nate uel beate. De quibus insulis / loquitur Isidorus, Lib. Ethic. XXIII / cº VI, et recepit ab eo Uincentius in «Speculo Ystoriali», Libº Iº, cº XXXIX / dicens sic: «Fortunate insule uo/cabulo suo significant omnia siue / bona quasi felices, et bene fructuum / ubertate sua enim apte natam precio/sorum poma, siluarum protubere (?) / fortuitis uicibus iuga collum / uestiuntur, aduicem, herbarum / messis et oliis uulgo est. Unde / gentilium error et secularium carmina / poetarum propter soli fecun-ditatem easdem / esse paradisum putauerunt. Site sunt / autem in occeano, contra leuam Morita/nie, occiduo proxime et inter se in / traecto mari discrete. Hec Ysidorus. / Vincentius autem ubi sua addit que se/quntur: «Quod harum prima Membrio/na dicuntur. Secunda Unnona seu Juno/na. Tertia, Theode [*«eodem nomine»* dicit Plinius]. Quarta, id est / Capraria. Alia Niuaria, qua aere / nebuloso concreta est, mox. Cani/naria, canibus inmense magnitu/-dinis plena. Omnibus auibus ple/ne nemoroze palmifere, unus / epiuee melis copia alioribusque, / siluestribus ac piscibus habun-dantes». / Plinius autem Libro VIº, cº XXXIIº / Multa de istis insulis ponit. Et quare / Vincentius non nominat nisi sex, ipse / tunc no-minat septem, et illa septima / secundum eum uocatur Pluuialia, pro / eo quod non est ibi aqua alia nisi de plu/uia. Et dicit quod in illa insula sunt [col. b] arbores habentes proceritatem et lon/gi-

tudinem ad CXL pedes. De in/sula autem quam dicitur Embriona uel Mem/briona dicit idem quod habet stagnum in / montibus, et arbores siluestres feru/le de quibus aqua exprimitur. Et dicit / quod nigris exprimitur aqua amara / et candidioribus aqua potui iocun/da. Et dicit idem Plinius et recitat / ille in libro «De proprietatibus rerum» / Libro XV° c° LXI: «Quod in illis insulis est / copia pomorum et auium multitu/do ibi mellis habundancia peritus [?] et / lactis, et maxime in insula Capra/ria a multitudine caprarum et arie/tum, sis dicta. Et multa alia de istis / insulas dicuntur. Numquid ergo est magna, id est / utilitas tales insulas ad re/giones christianitatis et ad cultum / ueri Dei reducere. Unde precipitur Ysa. / XXVII [v° 15]: «Glorificate Dominum in insulis / maris nomen domini Dei Israel». Et / Ysa. XLIII, loquens ad literam, de / Christo dicit sic [v° 1]: «Dedi spiritum meum super / eum, iudicium gentibus et proferet» et / cetera. Et subdit [v° 4]: «et legem eius insule / expectabunt». Et sequitur ibidem [v° 10]: «Can/tate Domino canticum nouum laus eius / ab extremis terre: qui descenditis / in mare, et plenitudo eius, in/sule, et habitatores earum». Sequitur [v° 12]: «Ponam Domino gloriam, et laudem / eius in insulis nunciantur». [v° 13] «Dominus sicut / fortis egredietur, et sicut uir pre/liator, suscitabit zelum: uociferabitur, / et clamabit: et super inimicos / suos confortabitur» [v° 14]. «Tacui semper, silui, / patiens fui, sicut parturiens loquar: / dissipabo, et absorbebo simul» [v° 15]. [F° 293v col. a]: «Desertos faciam montes, et colles / et omne [gramen] eorum exsicabo: / et ponam flumina in insulas, et / stagna [are]faciam». [v° 16] «Et educam / cecos in uiam quam nesciunt, et in / semitis quas ignorauerunt, ambula/re eos faciam: ponam tenebras / coram eis in lucem, et praua in / recta». Et sequitur [v° 17]: «Confundantur / confusione qui confidunt in sculptili, / et qui dicunt conflati[li]: uos Dii nostri». / Et Jer. XXXI [v° 10]: «Annunciate in insulis / que procul sunt», et cetera. Unde prophetice / dictum est in Ps. [c° LXXII, v° 10]: «Reges Tharsis et / insule munera offrent, regis in / Arabum et Sabba dona addu/cent». [Ibid. v° 11]: «Et adorabunt eum omnes reges [terre] / omnes gentes seruient ei». Ut dicatur / illud Ps. [v° ]: «Dominus regnauit, exultet / terra, letentur insule multe». Ut / merito dictum intelligamus isti quod / dictum est Abrahe, Gen. XII [v° 1]: «Egre/dere de terra tua et de

cognitione / tua et de domo patris tui et / ueni in terram quam monstrabo tibi». [vº 2]: «Faciam/que te in gentem magnam et benedi/cam tibi [...] erisque benedictus. [vº 3]: Benedicam / benedicentibus tibi, et maledicam / maledicentibus tibi». Sed uidete / quod hic concurrit unum dubium satis / magnum. Videlicet, cum ipse non possit / habere istas insulas sine bello, quomodo / nos possumus iuste sibi dare / et indicere talibus infidelibus iustum / bellum, maxime cum infideles non / sint cogendi ad fidem, sed uolu[n]ta/rie uenire debent. Iuxta istud uolun/tarie sacrificabo, et cetera. In Ps.: «Et / iuxta istud Luc. IX [vº 23]: «Si quis uult ueni-(col. b) re post me», et cetera. Item non placaret Deo / coartacta seruicia. Item non legimus / aliquid in Sacra Scriptura fuisse coactum nec etiam per secundos quibus fauebant / imperatores in omnibus sicut nec per Severum / tempore Constantini, nec per Theodorum/tempora Ambrosii. Item quare ut dicit Ap. ad Rom. IX [vº 18]: «Deus cui uult mi/seretur et quem uult iudicat [indurat】. Item / Ap. dicit Vº cº ad Cor [vº 12]: «Nichil nobis / de his qui foris sunt iudicare. In/fideles autem foris sunt, ergo...» et cetera. / Item dominium infidelium maxime super / infideles est de iure humano, quod / innititur ratione naturali. Et / iam autem non tollit naturam, ergo / tale dominium non est auferendus. Item / minus uidetur quod possit esse dominium / infidelium super fideles quam infidelium / super infideles. Dicente beato Petro Ap. / 1ª parte IIº [vº 18]: «Serui subdite estote [in] omnis uestris [timore domini] non tantum bonis et modestis / sed etiam discolis». Et iam ad Timotheum / [1]. VIº [vº 1]: «Quicumque sunt sub iugo serui / dominos suos omni honore dignos / arbitrentur». Et loquitur ad literam / de dominus infidelibus quod appareat / per hoc quod scribitur. Qui autem fideles, id est / habent dominos non contemperant. Item dicitur / XLV, in decretis dicitur: «De iudeis precepit Sancta Synodus nemine deinceps / ad credendis uim inferre». Item / secundum Augustinus: «Cetera potest beato nolens/credere, non potest nisi uolens», et cetera. Et ideo / Sancti Patres licet dederint indulgencias / euntibus in terram sanctam, pro eo quod terra illa / nostra est, Christi sanguine consecrata, / tunc non consueuerunt dare euntibus ad / terram aliorum infidelium. Videtur ergo quod [fº 294r. col. a] non possumus sibi iuste dare. His tunc /

non obstantibus uidetur nobis quod iuste et / licite sibi dare possumus, et ipse iuste et meritorie recipere. Et ad hoc / mouent nos aliquas rationes quarum / aliquas reputamus claras. Alias / autem magis adducimus conferendo / quam determinando.

Prima ratio est quod terre / iste quandoque fuerunt christianorum et ideo / infideles non possunt ibi habere ius. / Quod autem quando fuerunt christianorum / uidetur ex ratione generali pro aucto/ritatibus supra allegatis. Scilicet: «In / omnem terram exiuit sonus eorum», et cetera. / Unde Ap. ad Rom. X [vº 18] reputat / filium ualde quod sit aliqua pars / que non audiuit uocem apostolorum / et discipulorum. Unde dicit, sed dicens id est: «Numquid non audierunt?» [vº 18] hoc quidem / «in omnem terram exiuit sonus eorum»./

Secunda ex ratione «magis speciali» et cetera / quod tota Africa recepit predicationem Christi et fuit christianorum / et multa ibi fuerunt Concilia celebra/ta quam preterea temporum mahometi oc/cupauerint.

Tertia ex ratione / specialissima, quia de istis insulis / specialiter de Capraria legitur, id est, / expresse quod ibi fuerunt christiani, et / abbates et monachi ualde / sancti. Unde beatus Augustinus scribit epistolam / ad Eudosium abbatem Insule id est / Caprarie. Ut merito dicere possit / istud quod dixit princeps ille Symon / Machabeus Iº, XV [vº 33]: «Neque / alienam terram sumpsimus neque alie-na detinemus; sed hereditatem / patrum nostrorum, que iniuste ab inimi/cis nostris aliquo tempore possessa [col. b] est. [vº 34] Nos uero tempus habentes uendicabimus / hereditatem patrum nostrorum».

Secunda / ratio est quia isti peccant contra legem / nature peccantes autem contra legem / naturalem puniendi sunt per principem / monarchie, sicut est Papa, ad quem / pertinet omnes subditos coheredes / ut uiuant secundum dictamen recte, id est / rationis, sicut satis deducit artº secundo / Vº Ethicorum: Quod autem ipsa pec/tent contra legem nature patet mani/feste quod secundum legem nature col/endus et honorandus est ipse / a[u]ctor nature. Unde Ap. ad Rom. id est / ostendit quando tales sunt inexcusabiles, quia cum cognouissent / Deum, id est, cognoscere potuissent, dicit glosa. / Quod inuisibilia Dei pro ea [propter iis?] que facta / sunt a

**creatura mundi intellecta / conspiuntur sempiterna quoque eius / uirtus et diuinitas; ita ut sint inex/cusabiles.** Cum ergo Dominum sic cognouissent, id est, cognoscere potuissent, / non sicut Deum glorificauerunt autem; / gratias egerunt sed euanuerunt in / cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum et mutantauerunt gloriam incorruptibilis / Dei in similitudinem ymaginis cor/ruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et solipedum.

Unde / sola ratione naturali ducti philosophi pro/uauerunt unum Dominum, VIII phisicorum / XII metaphisice. Et Sapiencie XIII [vº 5]: «A magnitudine [enim] speciei, et creature [cognoscibiliter] poterit creator (creaturarum cognoscibisset) / [horum] uideri». Et ibidem deducit quando, id est / contra naturam est [vº 10] «appellare Deos opera / manuum hominum». Cum ergo tan pa[fº 294v, col. a]tentis [patenter] peccasent contra legem naturalem ydo/latre existentes, merito possunt / per ecclesiam omni dominio priuari multo fortius quam si essent sodomite. / Cum ergo dominium eorum sit ex iure humano quod innititur rationi naturali, / frustra legis naturalis implorat auxilium quem deliquit in legem. Et / ista ratio concludit universale / quia non quomodo ad illos qui colunt unum [Deum] / concludit tamen quia ydolatre sunt. /

Et istam rationem uidetur tangere / prophecia in Ps. [CXIII, vº 4]: «Simulacra gentium / argentum et aurum» et cetera. Sequitur [vº 8]: / «Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes / qui confidunt in eis» et cetera. Unde Nabu/chodonosor quia non cognovit, id est / Deum celi, sed adoravit statuam / auream quem fecerat, «electus est ab / hominibus, et cum feris fuit habitatio / sua, ut cognoscerent uiuentes, / quoniam dominatur Excelsus in regno / hominum et cuicunque uoluerit, dabit / istud, et humillimum [hominem] constituet super eum», Dan. IIII [vº 14]. / Et dominium etiam perdidit / donec sensus redditus est ei et cognovit qui erat Altissimo in regno hominem, quem laudauit et, id est, / glorificauit. Ut uerificetur illud / «omnis species laudet dominum», in Ps. / Et in alio Ps.: «Laudate dominum / omnes gentes, laudate eum omnes / populi». Et ideo etiam dicit Thomas in / secunda secunde, questio X, art. XI, in corpore quominus: «Quem licet ritus iudeorum tolle/rentur pro eo quem in ipsis olim / persignabatur ueritas

fidei nostre / tam ritus aliorum infidelium non sunt / aliqualiter [ali-  
quoties] tolerandi.

Tertia ratio [col. b] est, sed de ista non habeo cercitudinem / in facto, si scilicet blasphemant nomen / Christi aut probent auxilium persequen/tibus nomen Christi sunt [aut] fideles Christi / et christianos uel saltem esset periculum / quem hoc facerent si possent. Quod autem / contra tales sic blasphemantes po/sssit iuste indici bellum et sint co/herederi, uidetur deducere beatus Augustinus / ad Vincentium donatistam pertrac/tans illam Ystoriam Nabucho/donosor, quam ponit Dan. IIº et IIIº, / dicit enim quod illud prius ille Na/bucodonosor cogebat pios / et iustos adorare simulacra, et / recusantes mittebat in ignem, / et quod prius [pluribus] modis cum fuit conuersus ad / Dominum, decreuit in toto regno quod / quicumque locutus fuisset blasphe/miam contra Deum, Sydrach, Mysach / et Abdenago periret, et domus / eius deuasteretur.

